

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Virtvtibvs R. P. Bernardi Colnagi E Societate
Jesv Libri Dvo**

Paullin, Johannes

[Monachii], 1662

Cap IV. Ad Iesu Societatem eluctatus etiam tiro ad excelsum virtutis
apicem enititur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44152

CAPUT IV.

*Ad I E S V Societatem eluctatus,
etiam tiro ad excelsum virtutis
apicem enititur.*

§. I.

*Petit ad So-
cietatem
admitti.*

Dum verò hæc patrem inter & filium certamina feruent, annus & quid amplius se circumegit. Tandem quia pater cetera mitis, hac una in re saxo durior in filij sententiam minimè concessit; Filius ut in Dei voluntatem toto pectori concederet, non amplius cunctandum ratus, apud eos, qui in Societatem allegendi potestate pollebant, supplex admitti postulavit, atque ut Cælum in sua vota flecteret, totum se rebus divinis immersit, conscientiæ labeculas octavo quoque die eluere, Angelicâ dape animam reficere, ter quatérve inedia flagrisque per hebdomadem in se gravius animadvertere eò usque perseveravit, donec voti compos, et si longè seriùs quam optabat, à Moderatoribus factus est. Quod ubi constantiâ prorsus invictâ præter spem extorsit, ad Religiosæ vitæ tirocinium Mefsanæ ponendum clam parentibus (ut aliquorum

quorum fert opinio) discessit, nemini injurius; quod Cæli præjudicio se emancipatum non ignoraret: non tamen antè receperat, quām à progenitoribus missionem, séque Dao mancipandi potestatem accepit.

§. II.

Voluebatur tunc annus à Christo Nato *Tirocinium*
sesquimillesimus sexagesimus, Bernardo no-^{adit.}
stro vitæ quintus supra decimum: cùm in-
ea, quam diximus, urbe Tirocinijs domum,
quam Sanctus Ignatius primam omnium,
dum viveret, erexit, ingressus Marci Anto- *Nomen*
nij nomen, & cum nomine omnem mundi *Bernardi*
gloriam, spem, cogitationemque depositus,
adsciscit.
ac Bernardus bonâ Majorum veniâ (in no-
stro tamen Ordine perrarâ) esse dicique vo-
luit.

Hoc in loco ex veteri instituto omnem f quam
retro vitam curiosa indagine relégit, & Pa- *Adolescen-*
tri Leonardo Capanno, conscientiæ arbi- *tia sine,*
tro, prolixè candidéque aperuit; in qua ta- *mortali la-*
men ipse neque umbram lethalis culpæ, *be transa-*
quantumvis sedulò perquireret, deprehen- *dæ.*
dit: multò etiam minus deinceps inventu-
rus; quod tiro noster cordis animique ni-
tore Angelicas mentes imitari cupidus, in id
omnes vires neruósque contenderit, ne vel
levio-

levioris noxæ labeculam sciens incurreret, aut legem quantulamcunque prudens violaret: Eum in finem, ut ab omni nævo purum servaret animum, hostile odium in omnem adeò voluptatem concepit, ut ne ulla fortè imprudenti maculam aspergeret, nullam non haberet suspectam. Hinc etiam honesta, nullisque verita legibus, quæque sine piaculo sibi indulgere poterat, sensuum delinimenta gravissimè sibi interdixit.

*Voluptatū
hostis.*

§. III.

Quàm severam oculis suis legem fixe-
Continen- rit, vel hoc documentum esto. Habet Mel-
tia oculo- fana collem editum, & oppidò amænum.
rum. Tironi nomen est. Ex hoc colle fas est, to-
tam oculis lustrare Vrbem ædificijs super-
bam, & portum naturâ operibüsque muni-
tissimum: hinc placidum æquor, & velivo-
las ex Oriente naves: illinc Calabriæ mon-
tes nunc nivibus canos, nunc vernis delicij
florescentes, spectaculo non misus inno-
cuo, quàm jucundo. In hoc Tironne stat
Messianensis Tironum Domus, ut vel ei-
ipsis cubiculis tam honesta voluptate ocu-
los pascere detur. Eam tamen omnem li-
cet innoxiae curiositatis scenam adeò Bern-
ardus despexit, ut ne quidem vel cursim un-
quam

quam aspiceret, defixa semper in cælum
mente, in terram oculo: indignam ratus, ex
quâ solatia emendicaret, quæ ubertim astra
depluerent: quando divinis in animum im-
missis radijs sublimius ampliusque thea-
trum aperiebant, & gratiæ munera supra-
naturæ vires usque eò liberaliter impertie-
bantur, ut quidquid vel sibi, vel alijs sup- Iam Tiro
multū va-
plex postulasset, haud difficulter impetra- let suis ad
tum cerneret. Per id sanè tempus Jacobi Deum pre-
Bolani avunculi equum, fædè claudicantem cibus.
& faciendo itineri ineptum, precibus ad
Deum suū, nullo alio medicamine adhibi-
to, eā, qua rogatus erat nocte, sanavit: ut
apperte luce, Catanam, quò negotia he-
rum vocabant, pergeret expeditus,

§. IV.

Ad hæc, quod maximè Tironis est, Strenuè ad
veterem, ut ajunt, hominem exuere, ad in- excelsum
stituti se normam conformare, mundum virtutis
calcare, motus animi in rationis gyrum fle- apicem con-
tere, firma Evangelicæ perfectionis ædifi- nitur.
cio extruendo fundamenta sternere, & quid-
quid porrò tirocinij ratio postulat, id omne
magnâ animi contentione ad amissim feli-
citerque confecit: non nescius, eum, qui
bene cœpit, dimidium facti absoluisse. Ut
deni-

denique paucis multa dicam, Tiro noster
sive morum gravitatem species, sive accu-
ratam in leges observantiam, sive rerum di-
vinarum vitæque religiosæ consuetudinem
exigas, talem se præstitit, ut nemo non pro-
vectæ virtutis ascetam in eo se spectare læ-
tus agnosceret.

CAPUT V.

*Theologie simul & religiosæ vita
perfectioni studet, primāmque
Deo hostiam offert.*

§. I.

Et iocinio ad Theologiæ scholas ve-
lut ex umbra in arenam productus, su-
bitè palam fecit, quanta ingenij acies,
quāmque dives adultæ jam virtutis in eo
copia lateret. Nam et si omnes in eo curri-
Theologiae culo syndromos velocitate mentis & acu-
dat operam mine anteiret, saepiusque disputando solen-
nem plausum, palamque referreret; eâ tamen
semper fuit animi modestia, & in maiores
Maiores pa- parésque reverentiâ, ut Doctorum placita-
rēsque ob- suis anteferret, vel ab illorum sensu ne la-
servat &
cohit. tum unguem discederet. Arguebat equidem
inge-